XI. post Trinitat. Ev. Luc. 18, 9——14.

- Ἐλεγκτικὸν est hoc Evangelium, ἢ ἐπανορθωτικὸν. Diligentem autem Considerationem meretur τὸ τῆς κυριακῆς Ἐλέγχου
  - 1. Ὑλικὸν. *Quos, & quid Christus arguat, v. 9.*
  - 2. Εἰδικὸν, quo dicendi genere utatur. Parabolico nimirum v. 9. Parabola autem proponit:
    - 1. *Duos Homines, Templum orandi gratiâ frequentantes, v. 10.*
      - 1. Pharisæum, Deo cum sui ipsius commendatione, & despectu proximi gratias habentem, propter
        - 1. *Carentiam vitiorum (Rapacitatis, injustitiæ, adulterij) quibus cæteri Homines, Publicanus cumprimis (quem vel aspectu, vel gestu, vel digito notabat) obnoxij sunt atq;editi, v. 11.*
        - 2. Perpetrationem Bonorũ
          - 1. *Jejunij biduani in unaquaq; Hebdomade, v. 12.*
          - 2. *Decimationis de Omnibus quæ possideat, ibid.*
      - 2. Publicanum, culpam suam, humili & contrito Spiritu deprecantem:
        - 1. *Procul stat, v. 13.*
        - 2. *Oculos demittit, ibid.*
        - 3. *Pectus percutit, ibid.*
        - 4. *Ingemiscens dicit:* ὁ θεὸς ἱλάσθητι &c. *ibid.*
    - 2. Christum, *Iudicem inter Utrumq;. Posteriorem namq; hunc, causâ in medium adductâ, Cælo: alterum verò priorem Gehennæ igni adjudicat, v. 14.*

XII. post Trinitatis, Marc. 7, 31——37.

- *Describitur h. l. Miraculum Christi in Surdo quodam & muto editũ. Illius igitur observantur:*
  - 1. *Antecedentia: Ut sunt,*
    - 1. *Tempus & Locus, quando & ubi Miraculum sit gestum, v. 31.*
    - 2. *Occasio, quam Salvatori præbuit ——*
      - 1. *Adductio* Κωφὸν μογιλάλον *v. 32.* ἢ ἀλάλον *v. 37.*
      - 2. *Intercessio pro ipso, cujus ponit, &*
        - 1. *Forma:* παρακαλοῦσιν αὐτὸν *v. 32.*
        - 2. *Modus juvandi* Domino *præscriptus, ibid.*
  - 2. *Conjuncta. Huc pertinent* Christi
    - 1. *Facta triplicia. Etenim*
      - 1. *Surdum ab illorum manib. acceptum, è turba seorsim abducit, v. 33.*
      - 2. *Digitos suos in ejus auriculas immittit, ibid.*
      - 3. *Sputo emisso linguam ipsius tangit, ibid.*
    - 2. *Gestus:*
      - 1. *Suspicit in cælum, v. 34.*
      - 2. *Ingemiscit. ibid.*
    - 3. *Verba:* νῆψι λέγει αὐτῷ Ἐφφαθὰ *ibid.*
  - 3. *Consequentia: velut Effectus in Persona*
    - 1. *Patiente: Subitanea immutatio, tùm*
      - 1. *Surditatis in auditionem, v. 35.*
      - 2. Μογιλαλίας in ὀρθολαλίαν *ibid.*
    - 2. *Agente seu efficiente: Evulgationis frustranea interdictio, v. 36.*
    - 3. *Spectante, sive Spectatoribus, vide Litt. A.*